



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Pacis bona sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Pacis incitamenta sunt quatuor.*

**P**rimum est scriptura. Rom. que Rom. 14  
pacis sunt sectemur, & quæ æ-  
ificationis sunt in inuicem cū  
stodiamus. Idem 12. Si fieri po- Rom. 12  
test quod ex uobis est cum omnibus lugua  
pacem habentes. Ephie. Solliciti serua Ephe. 4  
te unitatem spiritus in uinculo pacis.  
Secundum, fuerunt angeli; Luc. Glo- Luc. 2  
ria in altissimis deo, & in terra pax  
hominibus bonæ voluntatis. Ter- Mat. 10  
tium, Christus; Matt. Intrantes do-  
mum salutare eam dicentes pax huic  
domui. Et Io. Pacem reliquo uobis, Io. 13  
pacem meam do uobis. Quartum  
est, quia homini multum prodest. Vi-  
de in sequenti capitulo.

*Pacis bona sunt quatuor.*

**P**rimum est, quia qui habet pa-  
cem, omnia bona habet. Vnde notabilis  
super Israel dixit Glossa. Vno  
uerbo omnia bona dicit, quia uero  
pacem non habet infelix est. Psal. con- Psal. 13  
tritio & infelicitas in uiis eorum, &  
uiam pacis non cognouerunt. Secun-  
dum est, quia Deus habitat in quo est

P 5

## CHRISTIANA

Psa.65. Psal. In pace factus est locus eius, &  
2.Co.ul. habitatio. Et Paulus . Pacem habet  
1.Co,14 & deus pacis erit uobiscum. Idem  
Non est discensionis deus, sed pacis.  
Tertium est, quia mentem hominis  
illuminat, ut clarius se cognoscatur,  
potest cognosci per eius oppositum,  
sicut dicit Gregorius . Aqua turbid  
non reddit imagines, sic cor turbid  
tum non clare uidet . P. Augustinus  
Pacem diffiniens dixit quod Pax est  
societas dei, tranquillitas animi, &  
serenitas mentis. Quartum est, pax præsens arra est futuræ pacis. Ultimo  
erit sabbatum ex sabbato &

*Pacis incitamenta sunt tria.*

7.Ti.2. **P**rimum est, occupatio terræ  
Iydo. rum. Tim. Nemo militans deo  
implicat se negotiis seculari  
bus. Iyodus. Nunquam mentitur  
quiem habet, qui curis terrenis  
subdit. Secundum est, familiaritas  
Hieron, multorum. Vnde Hieronymus. Ab  
scide a te familiaritates multorum,  
ne mens tua in perturbatione fiat, &  
quietem dissipet, &c. Tertium est,  
Bernar. ambitio honorum. Vnde D. Berna  
dus. Dum usurpant homines glori,  
turbant pacem, quia dicit Dominus.